

2207

L I T U R G I C I.

2208

DCCCCXXIX.

R. 3344

Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 131. 8. min. bene perscriptus, rubro distinctus, et in Calendario praefixo omnibus adminiculis tabellaribus ad ordinanda tempora instructo, auro argentoque comtus e piis Precationibus praecipue ad Ven. Sacramentum directis, et a quodam Coenobita congestis constat. In Calendario nihil peculiare praeter *Translationem S. Candidi* ad diem

23. *Maji*, de qua inter plures *Candidos* dirimere difficile est. Post Tabulam phlebotomicam ad Signa Zodiaci adaptatam fol. 14. Computus ecclesiasticus ab anno 1442. ad a. 1499. productus est, unde scripti Codiculi tempus defumitur. P. 2. brevis Instructio germanica: *Dise nachgeschribne tauel lernt uinden die funf vngewissen zeit &c.* Preces ipsae non carent omni superstitiuncula. Ita fol. 52. p. 2. *Nota secundum augustinum et platonem.*

*Corpora cuncta poli quingentis triginta duobus
Annis en redeunt ad eundem concio (sic) punctum.
Res corpus storem si quis fallendo tuetur,
Hec tria sunt venie, sunt mortis cetera queque.*

Fol. 70. habetur *Oratio katberine ad conflictum L. rethorum.* Fol. 75. ubi Vir pius longa enumeratione pro omni hominum genere Deo supplex fit, placet valde: *pro omnibus rusticis maxime nostris colonis, quorum laboribus nutrimur.* Ibidem orat *pro felici conseruatione illius sacri Concilij, quo Basileense* intelligi non dubito. Fol. 105. p. 2. continuo additur *Deuota exhortacio ad sacram cristi communionem, cuius initium: Venite ad me omnes &c.* Cum *quanta reuerentia christus suscipiendus sit vox discipuli. Capitulum primum. Hec sunt verba tua christe veritas eterna, quamuis non vno tempore prolata &c.* Quis non illico agnoscit Librum IV. *de Imitatione Christi* separatim a reliquis ita, ut retuli Vol. I. P. 1. col. 1086. Quis vero hinc inferet,

eum *Thomae a Kempis*, et quidem ejus temporibus non esse vicinissimum, nisi ignarus, quam saepe boni illi Librarii, aut nomina Autorum omiserint, aut falsa subfecerint genuinis. Ad Differt. quam *Desbillonius* editioni suae horum IV. Librorum *Manhem.* praemisit. Exemplum praesens etiam quoad numerum *Capp. XVIII.* cum veteribus Mfs. et Editionibus consentit, contra frivolum *Jos. Valarti* novandi pruriginem, qui ea in edit. *Paris. 1758.* 12. ad numerum IX. reductum ixit.

DCCCCXXX.

Codex chartaceus germ. Sec. R. 974 XVI. Folior. 43. fol. max. pereleganter scriptus, auro, minioque distinctus, et quondam Collegii S. J. *Neostadiensis* in *Austriapias*

pias de Mysteriis Vitae et Mortis Christi Praecationes continet, praemisso singulis Loco e veteri, novoque Testamento deprompto. Titulus est: *Herliche Vnndt Schöne Gebedt mitt sehr Künstlichenn innkupffer gestochenenn Auch Herlichenn Beilluminiertten Figurenn von der Entpfengnis Christi ins fleisch, auch vonn der Geburt, Lebenn, Vnnd Wandell, letzlich auch vonn dem Leidenn vnnndt Sterbenn Ihesu Christi, Durch die Vier Euangelistenn Beschriebenn. 1584. den 1 Januarij. Librarius redundantans Literas tam liberaliter ad mensus in mentem mihi revocat nobilem ejusdem aevi Virum, qui ajebat: *Ego semper literam l et t duplico, et tamen sunt, qui queruntur, se scripturam meam difficulter legere.* Ad singulas porro Orationes adest Icon ab a. 1579. inventa a *Mart. de Vos*, aeri incisa ab *Job. Sadeler*, et coloribus admodum venuste illusa a quodam, qui ad Christi in Monte Oliveti agonem auro adnotavit *Μοϋσα* ex *A* et *P* cum anno 1584. quem annum etiam Theca exterius praefert. Numerus Iconum Vitae Christi 12. sculptarum partim *Coloniae*, partim *Antverpiae*; Passionis vero 9. et illae quidem forma 8^{va}. hae autem 4^{ae}.*

DCCCCXXXI.

c.987 Codex membraneus germ. Sec. XVII. Folior. 220. 12. perelegantius variis coloribus exaratus, ornatusque Picturis XX. Mysteria Passionis vivide representantibus

hoc titulo est: *Dass unschuldige Leyden, heil. Blutvergies. vnnndt Heyllwürdtiger Tod vnnfers Erlösers Jesu Christi. Mitt schönen figuren geziret, auch mit schön betrachtungen vnd gebetten zusam getragen. Anno. 1629.* Itaque praevius Evangelistarum textibus pia de patiente Servatore Exercitia ab ingressu in *Jerusalem* usque ad *Sepulturam*, in quibus plus faepe probae et castigatae dictionis, quam vulgo ab illo aevo expectes. Margines observationibus exegeticis et liturgicis adsparguntur. Folio 1. legitur: *Dono datus ab Aug. Imperatrice vidua Elisabeth. Christina 1748.* Theca argento deaurato dives.

DCCCCXXXII.

Codex membraneus germ. Sec. C. 957 XVI. Folior. 180. perquam nitide in 12. exaratus, et adlatus e Parthenone Halensi Tyroleos complectitur Institutiones ad rite fundendas e Catholicae Ecclesiae mente Praeces, Praecumque Formulas in usum Principum, Autore *Petro Canisio* celebri illo Fidei orthodoxae per *Germaniam* statore, qui eas latine conscriptas *Ferdinando* Archiduci *Caroli Styriaci* filio tunc *Ingolstadii* literis operam danti, post Imperatori Rom. ejus nominis II. dicavit e *Friburgo Helvetiae* a. 1592. Hic vero in vernaculum sermonem a *M. Blasio Laubich*, qui Archiduci a Sacris erat, versae comparent hoc titulo: *Hannbüchlein der Andacht, darinen ein Christlicher vnnnd*